⟨1452, nach Juli⟩.[1]) **Nr. 2724**

An Nikolaus V.[2]) *gerichtete Erwiderung eines Unbekannten auf die Appellation*[3]) *gegen die Maßnahmen des NvK zur Reform der Bettelorden.*

Kopie (15. Jh.): Braunschweig, *Stadtbibl., Cod. 107 f. 80*^{rv} *(= Bra);* Breslau, *UB, Cod. Mil. IV 77 f. 410*^{v}*-411*^{r} *(= Bre; zur Hs. s.o.* Nr. 1433*).*

Beide Handschriften sind von ähnlich mittelmäßiger Qualität ohne jeweilige Priorität. Zur Textherstellung mussten sie daher im Wechsel benutzt werden.

Solucio et responsio ad articulos appellacionis.

Ex duobus fontibus scaturire videntur, que re^{mo} in Christo patri domino Nicolao tituli sancti Petri ad vincula opponuntur: avaricia scilicet et invidia. Ita enim Mendicantibus predicandi officium delatum videtur, ut si quis illud minus suscipit, iniuriari eis arbitretur. Cum itaque re^{mus} in Christo pater dominus cardinalis sancti Petri in partibus Germanie auctoritate sanctitatis vestre predicandi officium reciperet et ad eum populi turbe innumeri concurrerent et propter excellenciam sue predicacionis Mendicantes se deseri conspicerent, ‚scrutati sunt iniquitates‘[4]) et cogitaverunt ita ipsum patrem scandalizare, ut nemo post eum auderet, qui esset ex ordine sancti Petri, exercicium predicacionis attingere. Sed spero, quod deficient, quia tenuerunt ‚rethe ante oculos pennatorum‘.[5]) Nam beatitudo vestra ita conspiciet, que contra ipsum cardinalem obiciuntur, et ita zelum sue consciencie interpretabitur acceptabitque sue servitutis officium, quod ex ista accusacione laudatus commendatusque a vestra beatitudine evadet. Non reperietur, quod predicare docto et timorato viro non sit phas. Mirari dignum est, quod pacienter unum cardinalem non tollerant, qui continuis morsibus ecclesiasticos ordines, quantum possunt, dilaniant.

Opponitur enim eidem cardinali in primo articulo predicasse prelatos et fratres quam plurimos ordinum mendicancium non esse reformatos. Ille articulus cottidie predicatur, et dat ecclesie prelatos hiis, qui reformati dicuntur et probate vite putantur, qui reformacionis et observancie magistri vocantur. Ita predicat Ara celi.[6]) Ita Sanctus Franciscus.[7]) Ita Minerva.[8]) Ita omnes prelati et reges petunt reformari monasteria, ut vite probate fratres ibidem habitent.

In 2° articulo, si verum sit, quod in eo continetur, licebat eciam cardinalem in genere arguere.

In 3° articulo, qui potest dividi in plures, in prima parte tercii, quod fratres monarchiam ecclesie destruant, ad hunc sensum capi potest, quia per eorum plurimos non stat, quominus destruatur. Nam ad eius manus quidam tractatus provincialis, ut asseritur, fratrum Mendicantium, venit, in quo dicitur, quod ecclesia Romana est illa ‚meretrix sedens‘ super ‚aquas‘.[9]) Et propter frequentes predicaciones multorum detrahencium sedi apostolice et prelatis ecclesie et informancium populos contra eos ac propter multos Mendicantes, qui terminos suos egredientes ad ea, que prelatis et plebanis competunt, porrigunt manus. Dicit 2°, quod mille et tot annis ecclesia sine mendicantibus stetit. Hoc verissimum dictum scandalizat Mendicantes. Forte putant se natos cum Christo. 3°, quod ecclesia melius stetit. Cui mirum, si ita dixerit. Nam prime etates semper laudantur. Et mendicantes gloriantur, quod ecclesiam reducunt ad statum nascentis ecclesie, quod minime facerent, nisi ipsam melius stetisse viderent. Sed si ita cardinalis dixit, habuit respectum ad apostolos et discipulos, qui primicias spiritus habuere, et ad illa magna lumina Augustinum, Ambrosium, Gregorium et Ieronimum, quorum si mendicantes sunt boni imitatores, est satis. Nec mirari debent, si non dicantur equales. 4°, quod dampnificaverunt ecclesiam in sex milibus florenis,[10]) forte respectum habuerit ad fratres, qui iubileum non afferre relevamen penarum predicabant.

---

1 Solucio – appellacionis: Responsio ad hec *Bra.* 2 Nicolao: N. *Bra.* 5 sanctitatis vestre: Nicolai 5^{ti} *Bre.* | officium: opus *Bra.* | et – 6 ad: et dummodo *Bra* ut ad *Bre.* 6 populi: *folgt* et *Bra.* 9 tenuerunt: tetenderunt *Bra.* | conspiciet: conspicet *Bre.* 10 sue^{2} – 11 servitutis: servitutis sue *Bra.* 11 Non: Nam nihil *Bra.* 13 quantum: quoad *Bra.* 14 eidem: *fehlt Bre.* 15 ordinum: ordinis *Bre.* | Ille: Iste *Bra.* ecclesie prelatos: eciam prelatis *Bre.* 16 et probate: nec probate *Bra.* | magistri vocantur: iugum reiecerunt *Bra.* 17 Ita Sanctus: Sanctus *Bra.* 18 vite probate: vita probati *Bre.* 21 destruant: destruunt *Bre.* 22 fratrum: fratris *Bre.* | dicitur: dicit *Bra.* 23 aquas: equos *Bra.* 27 putant: predicant *Bra.* | Cui: quid *Bra.* 29 ecclesie: *fehlt Bra.* | facerent: fierent *Bra.* | viderent: crederent *Bra.* 31 Gregorium – Ieronimum: Ieronimum ad Gregorium *Bra.* | sunt: sint *Bra.* 32 Nec: ne *Bra.* | sex – 33 florenis: mille ducatis *Bre.* 33 habuerit: habuit *Bre.* | afferre: offerre *Bra.*

Aus: »Acta Cusana. Quellen zur Lebensgeschichte des Nikolaus von Kues«, Felix Meiner Verlag, Hamburg 2016.
Copyright: CC BY-NC-ND 3.0. Weitere Informationen: www.actacusana.de/copyright.

In 4^{to} articulo nihil contra iuris censuram contineri videtur. Nam si reformacio est permissa, illa per que ad ipsam facilius pervenitur, concessa censentur. Nihil est, quod magis pro maiori parte fratres ad capessendam observanciam inducat quam denegacio graduum, maxime Colonie, ubi ista dicta fuere, cum multi ex Mendicantibus causa studiorum ibidem morentur.

In 5^{to} articulo non sequitur, quod infertur. Nam aliud est dicere, qui non est probate vite, non admittatur ad audiendum confessiones, et aliud, quod non potest absolvere. Nam Clementina[11]) dicit, quod prelati non admittant nisi vita probatos. Nec sequitur, si admittantur, non posse absolvere.

In sexto articulo fuit seminarium scandali. Expectabant Mendicantes lucra ex indulgenciis. Non me extendo. Eligit alios, qui pecunias indulgenciarum colligerent et conservarent et penitencias imponerent. Non commisit mendicantibus. Frustrati sunt desiderio suo. 2^{a} causa odii: avaricia. Hinc male predicat cardinalis, hinc est mala doctrina. Si fecisset eos collectores et confessores, omnia cum pace fecisset.

In 7^{mo} articulo monicionem iuris facit, quam nedum cardinalis, sed quicunque simplex predicator facit in suis sermonibus.

Ultimo dividitur per articulos quedam cedula, quam ipse cardinalis tradidisse dicitur.

In primo articulo cedule non est submissio, sed modus, per quem prelati sciant practicare Clementinam.[12])

In secunda parte cedule dicitur, quod cives Treverenses sint presentes lectioni regule, non ponit neccessitatem.

In tercia parte nihil mali continetur. Scit ipse cardinalis quosdam observantes regulam, a quibus possunt informari, qui ‚Dudum'[13]) non servaverunt.

In quarto articulo cedule articulus continet, quod Clementina.[14])

In 5^{to} articulo conveniens est, quod populus avisetur, ne decipiatur, credens accedere ad servantes suas professiones, et accedat ad abicientes observanciam sue religionis.[15])

---

35 magis: *fehlt Bre.* 37 ibidem: ibi *Bra.* 41 In – articulo: 6^{tus} articulus *Bre.* 47 dividitur: datur *Bre.* 50 In – dicitur: In 2° *Bre.* | lectioni regule: *fehlt Bre.* 52 In – parte: In 3° *Bre.* | Scit: dat *Bre.* | cardinalis: *fehlt Bre.* | observantes: servantes *Bra.* 54 In^{1} – cedule: 4^{tus} *Bra.*

---

1) *Zur Datierung siehe Vorbemerkung zu* Nr. 2720.

2) *S. die Anrede in Z. 5 und 9.*

3) *So die Überschrift Z. 1; doch ist die Beschwerdeschrift* Nr. 2721 *mitberücksichtigt. Im Übrigen ist offensichtlich auch der Extrakt* Nr. 2722 *und* 2723 *einbezogen, der in den Handschriften vorangeht. Von einer entsprechenden Kennzeichnung der mehrfachen Identität einzelner Passagen wurde aus Gründen der Übersichtlichkeit abgesehen.*

4) *Ps. 64(63),7.*

5) *Spr. 1,17.*

6) *Das franziskanische Kloster S. Maria in Aracoeli in Rom, das Eugen IV. 1444 den Observanten übertrug, während die Konventualen zum Auszug nach San Salvatore in Onda gezwungen wurden; vgl. M. Brancia d'Apricena, Il convento di Santa Maria dell'Aracoeli nel XV secolo e suo ruolo pubblico nel comune di Roma, in: Antonianum 71 (1996) 81f. Um die Jahreswende fand das entscheidende Ordenskapitel der Observanten, das zur endgültigen Spaltung der Franziskaner führte, in Aracoeli statt, das der Konventualen in Montpellier; vgl. Moorman, History of the Franciscan Order 452.*

7) *In Assisi tagte 1447 das für die Organisation der Observanten wichtige cismontane Generalkapitel; Moorman, History of the 479.*

8) *Das Dominikanerkloster S. Maria sopra Minerva in Rom, in dem 1431 und 1447 das Konklave stattfand. Der Hinweis auf die römischen Klöster könnte andeuten, dass als Leser von* Nr. 2724 *ebendort kundige Interessenten angesprochen wurden,* Nr. 2724 *also in den Rahmen des römischen Verfahrens gehört. Juan de Torquemada, Zeuge bei der Übergabe der Mendikanten-Appellation (s.o.* Nr. 2721*), wohnte in S. Maria sopra Minerva und war um die Reform des Klosters bemüht. Zu seinem Engagement vgl. J.-J. Berthier, L'Église de la Minerve à Rome, Rom 1910, 10f.*

9) *Apok. 17,1. Es handelt sich offenkundig um die noch ungedruckte ‚Postilla super Apocalypsim' des Petrus Johannis Olivi. Vgl. zu dieser Schrift J. Koch, Der Prozeß gegen die Postille Olivis zur Apokalypse, in: Recherches de théologie ancienne et médiévale 5 (1933) 302-315 (= Koch, Kleine Schriften II 259-274); R. Manselli, La ‚Lectura super Apocalipsim' di Pietro di Giovanni Olivi, Rom 1955; L. Hödl und E. Pásztor, in: LexMA VI (1993) 1976f. Zur Aktualität Olivis auch noch im 15. Jh. s. M. Reeves, The Influence of Prophecy in the Later Middle Ages, Oxford 1969 (²Notre Dame 1993); G. L. Potestà (Hg.), Il profetismo gioachimita tra Quattrocento e Cinquecento (Opere di Gioacchino da Fiore 3),*

Aus: »Acta Cusana. Quellen zur Lebensgeschichte des Nikolaus von Kues«, Felix Meiner Verlag, Hamburg 2016.
Copyright: CC BY-NC-ND 3.0. Weitere Informationen: www.actacusana.de/copyright.

Genova 1991. — Mit Z. 21-23 wörtlich überein stimmt Mathias Flacius Illyricus, Catalogus testium veritatis, 959: Est porro in ea *(nämlich* summa quaedam, *die er besitze),* pervenisse in manus Cusani scriptum cuiusdam provincialis mendicantium *usw.* meretricem sedentem super aquas multas. *Flacius könnte also* Nr. 2724 *zur Hand gehabt haben. So auch K.-H. Kandler, NvK als* testis veritatis. *Beitrag eines evangelisch-lutherischen Theologen zur Wirkungsgeschichte von ‚De pace fidei', in: MFCG 17 (1986) 232.*

[10]) *S. hierzu oben* Nr. 2720 *Anm. 6.*

[11]) *Clem. 3.7.2, ed. Friedberg II 1161-1164, hier 1163. Auf Bitten des NvK erneuerte Nikolaus V. im Mai 1453 diese Dekretale; s.u.* Nr. 3424.

[12]) *S. Anm. 11.*

[13]) *S. Anm. 11.*

[14]) *S. Anm. 11.*

[15]) *Es folgen f. 411^{rv} von gleicher Hand die chronikalischen Notizen des Matthias Döring zur Mainzer Provinzialsynode* (Nr. 1433) *mit dem Spottvers:* Nicolaus de Cusa, cuius non cecinit bene musa*; dazu ebd. Anm. 2.*

Aus: »Acta Cusana. Quellen zur Lebensgeschichte des Nikolaus von Kues«, Felix Meiner Verlag, Hamburg 2016.
Copyright: CC BY-NC-ND 3.0. Weitere Informationen: www.actacusana.de/copyright.